



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvum Conscientiæ. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

97. Venerevs diu ignoranter exercuit mollitie[m], ideòque nullum commisit peccatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

audiendi missam, si duas huius partes simul apud duos vnà celebrantes audiat.

Atque hinc patet ad rationem in oppositum; negatur enim has duas partes ita à se independentes esse, vt non censeantur moraliter in vnum coire respectu eius, qui vtrique simul interest, id quod suadent allatæ instantiæ.

XCVII. *Venerens longo vitæ tempore molli-
tiam exercuit, ratus id nullum esse peccatum, cu-
ius notitiam in aliqua deinde concione acquisiuit.
Queritur. Vtrum Venerens exercendo turpitudi-
nem illam peccarit.*

Videtur peccâsse mortaliter; tum quia po-
tuit, & debuit notitiam huius habuisse; tum
quia malitia huius peccati prohibetur iure na-
turæ; ergo eidem naturæ diutius incognita ef-
se nequit, vt sentiunt Alexand. Gratian. Du-
rand. Alph. à Castro & alij apud Vasq; 1. 2.
D. 122. c. 1. n. 1.

Resp. Venerens molli-
tiam illâ per longum
vitæ tempus exercitâ nullum commisisse pec-
catum. Ita cum multis antiquis & plerisque
RR. P. Arriag. Tom. 3. D. 13. s. 2. n. 6. Ratio
est. Tum quia *nihil volitum, nisi præcognitum.*
Ergò cum Venerens, vt supponimus, nullo mo-
do, etiam sub dubio, fuerit præcognita mali-
tia illius actûs, non poterit ipsi vlllo pacto ne-
que directè neque indirectè esse voluntaria,
adeoque nec peccaminosa. Tum quia si tri-
tum illud (*potuit & debuit scire*) vim habeat,
non

non potest statui, quando inconsideratio à peccato excuset, quando non, sed relinquatur res planè inexplicabilis, & mille obnoxia scrupulis.

Vnde ad *primum* in contrarium dicimus, Venereum etiam nec potuisse, nec debuisse scire, cum neque scrupulus, neque dubitatio occurreret, quæ est prima radix investigandi. Ad *secundum* negamus consequentiam cum Azor. L. 1. c. 16. q. 5. Bonac. D. 2. de peccat. q. 8. p. 3. n. 3. Palao Tr. 2. D. 1. p. 15. n. 6. & alijs, cum non omnia, quæ Iuris naturæ sunt, ex certis circumstantijs italumini naturæ clara sint, vt toto etiam vitæ tempore ignorari nequeant, vt patet in præcepto vnus vxoris, & perpetuitate matrimonij, & alijs, quæ affert Vasquez D. cit. c. 2. Pro vniuersali igitur, & longè vtilissimâ regulâ de advertentia ad peccatum sic statuimus cum Arriag. loc. cit. Si intellectus, dñ peccat, malitiam ac prohibitionem rei nec cognoscit, nec de ea dubitat, nec reflexè advertit, se teneri ad inquirendum aut dubitandum, num res illa mala ac prohibita sit, non potest vllum incurri peccatum.

XCVIII. *Vrsicius honesti negotij causâ domum suspectam intrauit, ibiq; de eo suspecta femina fuit locutus. Huius ingressus delatus ad superiorem, & sub iuramento interrogatus, an domum illam fuisset ingressus, ibique femina locutus, iurat, se hoc non fecisse, subintelligendo tacitè, inhonestæ rei causa.*